

guntur. Sic autem ille 8. Phys. t. 48, 49. Ἰκανὸν δὲ καὶ εἶναι, ὃ  
 πρῶτον τῶν ἀκινήτων αἰδίων ὄν, ἔσαι τοῖς ἄλλοις ἀρχὴ κινήσεως. Φα-  
 νερόν δὲ ἐκ τούτου, ὅτι ἀνάγκη εἶναι ἐν καὶ αἰδίων τὸ πρῶτον κινῆναι, h. e.  
*Sufficiens autem est unum, quod cum primū immobilium sit per-  
 petuumve, cæteris erit principium motus. Ex hoc etiam patet  
 aliquid esse necessariò Unum perpetuumve, quod primò movet.*  
 Ubi per π' πρῶτον κινῆναι seu primum movens Aristoteles ni-  
 hil aliud intelligit quàm ipsum Deū, ceu iis, qui parūm ver-  
 sati sunt in ejus scriptis, obscurum esse non potest. Hoc au-  
 tem εἶναι, dicit, ἀνάγκη ἐστίν. Quibus succinunt clarissima e-  
 jusdem verba. 2. Met. 1. ὁ δὲ ἐν αὐτῷ εἶναι πρῶτον τὸ πάσις ὑσίσαις αἰ-  
 ἰον τὸ ἐνός. h. e. *quocirca id, quod aliis rebus dedit, ut unaquæque  
 una sit, illud maximè est unum.* Illud verò juxta Aristotelem,  
 quid aliud est quàm Deus? Deus ergò ipsi maximè Unus est.  
 Quadrat hūc etiam optimè, quod optimus Philosophus,  
 postquam 12. Met. e. ult. dixerat: Entia nolle malè guber-  
 nari, statim subjungit elegantissimum Homeri versum:

Κύκ' ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἰς κόραν ὅσον ἔστω

Non est bonum multorū dominiū, unus sit dominus.  
 Quin imò non solum Deum esse, sed etiam quomodo sit  
 Unus exponit, quando 12. Met. 8. t. 49. ait: Unum ergò &  
 ratione & numero primum movens immobile Ens est. Ra-  
 dii solares non sunt clariores cum sudum est, atque hæc  
 laudati Philosophi de Unitate Dei numerata eloquia.

XXVII. Discipulo subjungimus Præceptorem, divinum  
 Platonem, de cujus sententia nemo dubius esse potest: qui,  
 quod epistolâ tertiâ ad Dionysium scribit, legerit: notam e-  
 pistolarum quas seriò aut non seriò scribo, etsi opinor te  
 meminisse, attendito tamen diligenter. Complures enim  
 jubent me scribere, quos non facile possum apertè appella-  
 re. Serix igitur Epistolæ initium est deus, non serix Dii; *Es-  
 Justinus in exhortatione ad Gentes scribit; Platonem doctrinâ*

Mofis